76 At profecto cunctos iter motus re uera cõtinuus is est ꝙ scd̃m

d

locũ:hic ãt non oĩs, sed ille solum qui diurnus primũq; mobilis (vt physicorũ octauo dixit Auer.) appellatur.

77 Cæteri vero sunt consequentes & successiui.

78 Necessariũ est.n. vt cuilibet sensili tpis parti (vt idẽ physicorũ tertio, & octauo declarat) etiã motus sensilem partem (vt continuus sit actus) respondere.

79 Amplius iter contrarios motus oẽs quietẽ esse mediã oportet.

80 Quoarca sagittam molari cadenti occurrentem anteq̃ illa reuertatur, quiescere.

81 Quin & si quoq; infigatur idem cõtingere: ne in eodẽ signo corpus idem distare simul & propinquari illi vnde discesserat, fateamur.

De Loco.

82 Locus est prima immobilis & contigua continentis corporis extremitas.

83 Quoarca & ab eo quod complectitur, separabilis est.

84 Atq; hac quidem desõne hĩtu ĩ quãtitatis p̃ñto ille reponitur.

85 Quũ vero ex cõtinẽtis corpis natura in rẽ illã quæ cõtinetur salus q̃dã & vita spiratur quãobrẽ naturalis vniuscuiusq; locus certo distĩguitur, & habitudo quædã locatæ rei suũ ad locũ procreatur, tũc non in quãtitatis genus locũ referimus, sed alterũ illi prædicamentũ addicimus quod hoc nomine, vbi, communiter appellamus.

86 Et hoc pacto eius ipsas differentias sursum deorsum, añ retro dextrorsum & sinistrorsum constituimus.

87 Sunt p̃terea in loco naturalia corpora, omnia: verũ hæc qdẽ per se, illa vero per accidens: p accidens in q̃ partiũ rõne,

88 Totus.n. omnisq; mũdus per se quidẽ ĩ loco non est: ea.n. pars quod primũ mobile nuncupatur, non quidem per se, at per accidens in loco reponitur.

89 Est vero illius nimirũ locus suprema secũdi orbis extremitas.

90 Quæ quũ supiori corpore aliquãto sit arctior illius ptes oẽs pse ipsas oĩo nõ cõtinet: eæ igitur q̃ proximæ & contiguæ sunt, ab illo pse (nihil.n. eas ipsas antecedit) primaꝝ autẽ amplexu cæteræ continentur.

91 Illud vero nos ipsos nequaq̃ ꝑturbet: quũ.n. Saturnius orbis ab vltĩo supiori(q́) corpore contineatur, & hoc vt diximus ab illo: ꝙ tunc loci locus erit q̃nquidem hoc per accidens, illud vero per se inuicem complectantur.

92 At profecto istoꝝ neuter & ferme orbiũ nullus per se locum mutat.

93 Quod nã(q́) pse mouetur eoꝝ pars & portio est, hæc.n. modo hac, modo illac transferri cernitur: totum vero semper in eodem & idem & immutabile persistit.

94 Hic aũt nõ recte quidẽ est Zenon arbitratus cœlũ & q̃uis in se ipsis semp mota vt interdum oĩno quiescant, contingere.

95 Nã quãuis totũ ĩ loco toto sp existat, nũq̃.n. locũ ipm oẽm ꝑtrãsit, nullo tñ vnq̃ tpe (vt physicoꝝ sexto) partes ibidem consistunt & iugi haꝝ translatione totũ varias in figuras in varios aspectus, varios(q́) situs iugiter transmutatur.

96 Ex his ergo illud manifeste cognoscitur vltimũ orbem non in centro sed in extima secundi cœli curuitate moueri.

97 Quæ.n. grauia sunt, hæc eadẽ si circulo ferantur, centro ĩnixa moueri oportet.

98 Vt illo stabili & ĩmoto ꝑmanente sui grauitatẽ substinentia à motore in gyrum facile propelli possint.

99 Cuius occasione in fabulis cœlũ graue maxime(q́) põderis molẽ arbitrati & Atlantẽ humeris vniuersũ corpus substinentẽ terræ vt suo centro, pedibus ĩnixum finxere: at profecto ne(q́) grauitatis ne(q́) leuitatis cœlum est particeps.

100 *Quippe Saturnus suo quidē retrogressu contraq; supiorem arculū nixu ita resistere atq; obluctari videtur vt hac qui dem ratione seruata in ipso velut quiescente supremus orbis omnis commutetur.*

101 *Non.n.locum ipsum omnino immobilem esse oportet.*

102 *Cœlum nanq; inferiorum omniū locus existit, & nihil minus æterno circum motu cietur.*

103 *In eo.n.ignis primū locatur in hoc autem aer, in aere aqua.*

104 *Et in aqua, vt inquit Arist.terra.*

De Tempore.

105 *Tempus & motus ipso quidem subiecto eadē fermè sunt: ratione autem inter se inuicem distinguuntur.*

106 *Forma etenim fluens vt rei possibilis actus donec res eadem possibilis perdurat, motus est.*

107 *Vt vero ꝙ eius prius & posterius idē sit mutamentū numeramus, tempus ipm redditur atq; constituitur.*

108 *Atqui ꝙ actus ille sit, ad id quidē nō aīa sed res ipsa cōducit.*

109 *Quod vero numerus ille in ea reperiatur, animam preter nequaꝗ̄ fieri potest.*

100 *Quippe tps ipm motus est numerus nō inquantum vnus vel duo vel tres vel ēt quatuor, sed inquantū ipsius motus idē & vnum mutamentum prius & posterius inuenitur.*

111 *Ad hoc.n.tāꝗ̄ cōmunem ad terminum motus partes omnes continuæ copulantur.*

112 *Nāq; hoc idem ipsius motus vnitas est & continuatio: & ita semper est vnum.*

113 *Vt autem motus partitio est atq; diuisio: semper alterum & alterum existit.*

114 *Et nempe rōne eadem instans tpi cōparatur, qua motui mutamentū, mutamentū inꝗ̄ qd̄ alij mutatū esse vocarunt.*

115 Nāq; instans, tpis est continuatio & vnio, pterituũ.n.cũ futuro coniungit, & sic quidem (vt inquit Arist.) semp est idem.

116 Vt vero tempus ab illo diuiditur, inquantum huiusmodi semp alterum & alterum est instans.

117 At qm̃ prius & posterius in loco primũ sunt, illius motus qui scd̃m locum numerus primo tempus erit, & eius praecipue qui diurnus appellatur.

118 Sicut ãt motus ille sp alius & alius, ita tp̃s aliud & aliud sp.

119 Totum vero semper est idem & incorruptibile.

120 Instans.n.quod copulat, semper idem.

121 Tametsi ratio eadem, illi non semper.

122 Est vero quũ tp̃s, tum motus alter alterius mensura.

123 Quidni, tempus ip̃m (vt inqt Arist.) ẽt instanti mensuratur.

124 Et etiam congenere cognatoq; tempore.

125 Atq hoc illud ẽ qđ diurnã circulationẽ vniformiter numerat.

De Cœlo.

126 Qm̃ corporis naturam omnem continue fluere vetus est, & Platonis & Arist. (vt Plotinus ait) sententia.

127 Cœlestis corporis substantia (vt tertia disputa. dixit Auer.) semper fluit & innouatur.

128 Et nihil minus, cœlum incorruptibile est & immortale.

129 Quicquid.n.in ipso fluit extra non exit, sed in idem (vt Plato determinat) continua motione conuertitur.

130 Non ergo illius innouatio de qua, vt retro diximus scribebat Auer. quæpiam est corruptio.

131 Non.n.ita innouatur substantia, vt in contrarium qñq; commutetur, quin illa eadem semper existens sui conseruationẽ à supremo principio in infinitum sortitur.

132 Et actu nimirum noua semper est conseruatio, habitu autem perpetua & æterna.

133 *Cœlestis igit corporis înouatio, sola erit à* Deo *opt. max. noua exoriens dependentia, nouaq; & exoriēs ad illum relatio.*

134 *Cuius causa cœlum necessario post sui ab æterno prouentum Creatore semper indiguit.*

135 *Et ab illo in æternum permanere impetrauit.*

136 *Ipm.n.ex seipso(vt inqt Auer.) Poterat î ppetuū nō durare.*

137 *Quãuis ad corruptionem potentia in eo sit nulla.*

138 *Cœlum præterea qm̄ sensile est, & tale vnūquodq; (vt inquit Arist.) in materia existit, materia & forma cœlū cōstabit.*

139 *Non autem ea in illo est materia quæ nihilominus eandē huic inferiori sortita sit rationem.*

140 *Subiecta.n.illius est natura tota formæ toti & aïæ toti, ita q̄ nihil extra relictum est ex quo alterum(vt Plato nos docuit) valeat generari.*

141 *Cœlum adhæc qm̄ pse mouetur, qm̄ pse desyderat, qm̄ huiusmodi vnūquodq; animal est, cœlum animal erit.*

142 *Intelligētia vero qm̄ ab ipso & ab oï corpe disiuncta est, cœli anima vtiq; non erit, etenim aïa perfectio est & forma.*

143 *At vero fieri nō potest, formam ab illo, cuius est, vn̄q̄ distrahi & separari.*

144 *Altera igitur ab intelligētia virtus est, quæ dubio procul cœli est anima vt illius forma.*

145 *Hæc āt & si corruptioni nō submittatur, finita tamen est.*

146 *Et hæc motor est ille cuius gratia cœlorum motus omnes terminantur, & velocitate & tarditate deinceps distinguunt.*

147 *Est insuper cœlum ipsum, simplex, simplex dico, qm̄ in eo non est potentia, vt in aliud qui cq̄̃ transmutetur.*

148 *Et ipsius motui motus contrarius est nullus.*

149 *Cœli vero sicut & eorū motores neq; gn̄e neq; spē differūt.*

150 *Quorq; certe motus non vi, non fortuna, non etiam natura co-*





gnitionis expertę primum producitur, ſed multo magis altiori virtute, quæ naturam ſupra cuncta cognoſcit.

De *Elementis.*

151 *Quū elemēta nemo.n. dubitat ſubſtātiæ quædā ſint, & vnūquodq; p formā tale quiddā appelletur, elementorū formę, ſubſtantiæ ſunt atq; (vt Plotinus ait) nō calor neq; frigus.*

152 *Et magis & minus ſuſcipiunt.*

153 *Sunt & (vt inquit Auer.) inter formas & accidētia medię.*

154 *Pręter has vero nullę ſubſtāles formę magis & minus ſuſcipiūt.*

155 *Conueniunt autem elemēta vt ſingula qualitates vtraſq; ſimplices obtineant.*

156 *Verum eſt tamen q vna ſemper in eis domina ſit, vt in igne calor, in aere humor, in aqua frigus.*

157 *Vnde terra (vt inquit Ariſt.) magis eſt ſicci q̄ frigidi.*

158 *In ea tamen ſiccitas ſpetie non differt ab illa quæ in igne reperitur, ſimiliter autem & in cæteris qualitates cæteræ.*

159 *Omnia vero perſe mouentur elementa.*

160 *At illorū motus principium nō eſt quæ in illis forma, ſed quod extra manens, illa progenuit.*

161 *Hoc āt corrupto, nihil prohibet fieri motū: non.n. tangens ſed virtutem & robur genitę rei contribuens, illam mouet, ſatis eſt ergo vim elargitam incolumem ſupereſſe.*

162 *Vim inq̄ non accidens quodpiam ſed naturam & formam.*

163 *Ad hæc proprijs in locis elementa non mutantur, ſurſum vel deorſum obeuntia.*

164 *Neq; in ſeipſis, à ſeipſis alterantur.*

De *Igne.*

165 *Ignis natura ſui non vrit, ſed viuificat magis & animantibus vitam reſtituit.*

166 *Hic vero quem nos in meditullio continue perſpicimus: terræ*

non ignis est sed magis arsio & consumptio.

167 *Sed.n caloris est excellentia & superabundantia, quocirca nihil ex illo(vt inquit Arist.)generatur.*

168 *Magis tñ in hoc veri naturã ignis ꝙ in cæteris rerũ mixturis apparere cõfitendum est, quapp hoc sumpto medio, Arist. cœli quarto, verum ignem probauit esse.*

De Aere.

169 *Aer sicut neq3 cætera elemẽta ita neq; ipse ĩ loco proprio violentia quiescit, illud tñ certum est, ea quæ aeria sunt, velocius in aere moueri ꝙ alterius generis reliqua.*

170 *Huius vero cã est qm̃ elemẽta oĩa pter ignẽ ĩ locis suis grauitatẽ sortita sint, ꝙꝙ illa quidẽ simpliciter, hęc ãt scdm qd.*

De Aqua.

171 *Aqua frigidior ꝙ terra est.*

172 *Et grauitatis nõ simpliciter sed analogia quadã est particeps.*

173 *Quæ quũ calida redditur, si quod impedit auferatur, sui natura in frigiditatem euadit.*

De Terra.

174 *Synceram & ĩmxtam terram nullibi est reperire: sicut neq; elementa cætera, sed confusa semper nobis apparent.*

175 *Hæc autem quanto magis loco proprio propinquatur, tanto velocius mouetur.*

176 *Huius vero causa est qm̃(vt inqt Arist.)grauitati fit additio.*

177 *Inquantũ ãt grauis nõ mouetur terra deorsum sed (vt Auer. probat) inquantum est ad inferius potentia.*

De Generatione.

178 *Quanꝙ generatio rei sit transmutatio non manente sensili quopiam vt subiecto ipso.*

179 *In ea tamen, ad materiam vsq; primam fieri resolutionem non affirmauerim.*

180 Quin quocũq; facta mutatione à quibusdã cõibus accñtibus (vt Auer. de orbis substãtia dixit) materia nũq̃ absoluitur.
181 Immo (vt Arist. de aĩalium ptibus libro .i. cõmeminit) eadem figuræ forma quæ in viuo erat, in mortuo interdũ existit.
182 Et vt de generatione secundo disputauit terra in aquam mutata, eadem fermè frigiditas remanet.

De Nutritione.

183 Nutritio quidem tempore non fit sed momento.
184 Tribus ãt (vt Arist. inq̃t) hæc actio cõpletur, vnũ.n est quod nutritur, alterũ, nutriẽs, & tertium quo nutritur, id ãt quo nutrit, duplex existit, alterũ.n. mouẽs, & motũ ẽ, atq; hoc, alimentũ, alterũ vero, ab alio non motũ mouẽs, id ãt ignis.
185 Quapp q̃cũq; nutriuntur, p̃dñantẽ ignẽ in seipsis sortita sunt.
186 At ignis q̃m sui augmentum in infinitum protendit:
187 Et natura constantium omnium, certus est terminus, quũ magnitudinis, tum augmenti, horum non simpliciter, sed cum anima, author erit.
188 Non est autẽ nutritio, formæ productio, id enim paccidẽs nutriendo fit, sed materiæ reparatio.
189 Est vero iam actu nutrimentum eo in momento quo actu materia restituitur.
190 Id autem omne quatenus nutrimentũ, aĩalis calorẽ adauget.

De Augmentatione.

191 Quodcũq; augetur, omni ex parte concrescit.
192 Et q̃uis illius q̃dẽ materia semp diffluat, semp tñ idem & vnũ numero pmanet donec virtus ipsa non corrũpatur.
193 Quod autem quæ in pueritia, erat materia, hæc tota in senectute transmutata sit, scd̃m quidem intellectum possibile, scd̃m vero naturam haud quaq; sentirem.
194 Atq; scd̃m formam fit augmẽtatio, nõ q forma vel crescat vel

decrescat, quantitas.n. (formata tñ) est quæ crescit & decrescit, sed qm̃ labentẽ illa quantitatẽ in numero substinet.

195 *Fit aũt & ipsa sicut nutritio non tempore sed momento.*

196 *Sed.n. quæpiam est generatio, rõne non inq̃ sed subiecto.*

197 *Et non formæ sed materiæ gratia fit.*

198 *At vero quæcũq; augentur, animata sunt sola.*

De *Actione & Passione.*

199 *Quæcũq; inuicem agunt & inuicem patiuntur eiusdem generis, eiusdemq́ materiæ particIpia esse oportet.*

200 *Et contraria vel contrarijs constare.*

201 *Hæc vero sese tangentia semper agendo repatiuntur.*

202 *Neq; tñ* Gal. *vt opinor oberrauit, q & isthęc potẽtijs ęquata inuicẽ adhuc pati & agere scriptũ reliq̃t, quis.n. aquã æq̃ frigidã, et alterã ęq̃ calidã, si proximẽt, misceri negauerit?*

203 *Quãuis illud oĩo verũ sit q̃ ab æq̃libus, nulla proueniat actio.*

204 *Quocirca temperatissimã naturã, per seipsam consistentem, & tanq̃ ab æqualibus iam absolutam actionem, inter naturalia opera reperiri nequaq̃ est affirmandum.*

205 *Sed hãc eãdẽ vt lumẽ à luminoso corpe, iugiter emanantẽ, & ita dixerim cõtinue fiẽtẽ, nõ ex similari quopiã, sed ex dissimilarib⁹ mẽbris vna cõsurgere atq̃ ĩ eaipsa rursũ recidere*

206 *Quñquidem à diuersis gñe cõmixtis, quæ pati simul & agere inuicẽ nata sunt, semp quædam contra resultat actio, atq̃ hæc interdũ æqualis omnifariã est tẽpaturæ factiua.*

De *Mixtione.*

207 *Quæcunq̃ inuicem actiua sunt & passiua, beneq; diuisilia hæc omnia mixtionem conficiunt.*

208 *Oportet aũt quũ hæc fieri hẽt, potentijs quodãmodo, quæ misceri ptentant æquari, nã si magnũ paruo, paruũq̃ magno compenatur, alterum semper omnino superabitur.*

209 Atqui nõ corrumpi, sed cõmixta seruari necesse est, quod res suas formas non amittunt sed eas ipsas etiam reseruant, nõ tamen integras ob tumultum & passionem.

210 Tunc vero mixtum est vnũquodq; quũ ipsius partẽ nullã est assignare, quæ iãdudum mixta non sit.

211 Fit autem sc̃dm qualitates & non sc̃dm corpora mixtio.

212 Sed mixti quidem forma non est ab elementaribus alia sc̃dm certam proportionem simul sumptis.

213 Totum.n.nihil est aliud q̃ partes simul sumptę.

De Anima.

214 Quãq̃ animæ cognitio sit p̃cipua & expetenda, demonstrandi tamen certitudine cęteras præter diuinã nõ antecellit.

215 Est ãt aĩa physici corporis actus potẽtia vitã h̃ntis, at potẽtia vitã h̃ns nõ q̃d excludit animã, sed q̃d iã h̃et intelligimus.

216 Quũ vero actus dicitur, is quidem primus accipi debet.

217 At profecto hæc animę definitio (vt recte Plotinus ait) quid sit anima non declarat.

218 Quicq̃d ãt manifestet, idip̃m si est aĩa, monstrare videtur.

219 At vero aliã aĩę rõnẽ q̃ substantiã ipsius verã & intimã, spẽq; nulli propriã demõstret inquirere, & hãc vel huiusmodi quãpiã dimittere, id certe (vt inquit Arist.) ridiculum est. æque.n.accideret at q̃ si figuræ suas præter speties, vnam oĩno internã & substantialem definitionẽ vestigaremus.

220 Non.n. vel figuræ vel animæ, neq; huiusmodi cæteris, aliqua suas p̃ter sp̃es natura r̃ndet, Nõ est igitur in his desõ quæpiã substantiã ipsam & naturã exprimẽs inquirenda, satis est.n.analogiam quæ inter speties inuenitur, ostendere.

221 Anima vero, vt Plotinus ait, tota est in corpore toto & in qualibet corporis portione, etiam tota.

222 Primo autem & perse in corde ipso existit omnis.

223 Sane vis nutritiua nunq̃ à nutritione remouetur.
224 Huic autem in plantis, si diuisio contingat in plures diuersasq; numero animas illa pertransit.
225 Nutrimētū vero, quo hæc ĩ plātis vtit̃ ĩ rebus cōpluribus (vt inq̃t Auer.) potētia recipit̃, cuius cōtrariū aīalibus accidit.

De Sensu.

226 Sensus patiendo p̃ficitur & potentia quæ in illo est accedente actu non corrumpitur.
227 Quādo vero sentit ei semp̃ aliquid (vt inq̃t Auer.) additur.
228 Nō autem res ipsas sed rerum species atq; imagines recipit: sensum, tamen agentem nequaq̃ ponimus.
229 Quū igitur intētiones recipiat, ideo cōtraria recipere potuit.
330 Atq̃ icirco etiā in medio contrariæ simul (vt inquit Auer.) existunt intentiones.
131 Nihil autem sine medio recipit & cognoscit.
232 Sensile.n. supra sensum incidens, sensionem non parit.
233 Humani vero sensus, sibi ipsis arrogauerūt, vt rerū singulares naturas, indiuiduasq̃ substantias noscerent, Brutorū autē cortices tm̃ & accidentia.
234 Maxime vero humanorū sensuū, substātiā cognoscēs imaginatiua est, cogitatiua & memoratiua, quarū primā in p̃ria cerebri parte, alteram in media, & tertiam in postrema locari (vt inquit Auer.) in libro de remmiscentia Aristoteles demonstratione causam & esse ostendente probauit.
235 Ad hæc q̃a sensiliū q̃dā propria sunt & quędā cōia, vt quātitas & figura, hæc inq̃ nihilminus ĩ sensu (vt Theophrasti sn̄ia Prisciauns lydus affirmat) sui spēm quoq; producūt.

Di Visu.

236 Visus & si patiēdo sicut etiam sensus cæteri, operetur, semper

tamen aliquid emittit extra, vt idipsum assequatur.

237 *Hic autem sensuum omnium dilectissimus ẽ, & ad rerũ adipiscendam cognitionem optimus.*

238 *Auditus.n. pauciũs ad hanc habendã conferre videtur, quandoquidẽ ni visus simpliciter peræxisteret, auditus ad tot quidem disciplinas, multo minus conduceret.*

239 *Hæc.n. quæcunq; de mundo disputantur, certe nunq̃ inuenta essent. si neq; sydera, neq; sol, neq; cœlum suspici potuissent: cognitio vero diei ac noctis ab oculis orta, fecit, vt dinumeratione quadã, mensiũ, annorũ ambitus metiremur, tempus cognosceremus, vniuersæ naturæ ordinem scrutaremur.*

240 *Quibus ex rebus philosophiam adepti sumus, quo bono nihil vnq̃ maius mortaliũ generi datum est deorũ munere, neq; dabitur vnq̃.*

De Auditu.

241 *Medium sono quidem aer est, & non aqua.*

242 *Auditur tñ & sonus ꝑcipitur, tum in aqua, tum in aere.*

243 *Auribus autem insitus aer est, vt hic imobilis existat.*

244 *Semꝑ tñ ille proprio quodam, genuinoq; motu seipm ciet.*

De Odoratu.

245 *Homo plurima inter animalia prauum sortitus est odoratum, quocirca male atq; ꝑdifficile, odorũ differentias ipsi discernimus, & ideo propria illis nomina non imposuimus.*

246 *Odor autem non corpus est, sed quæpiam est qualitas.*

247 *Cuius nimirum virtus calida est natura.*

248 *Vnde & à calore odor est omnis.*

De Gustatu.

249 *Gustatus & si quidam tactus ab Arist. nuncupatur, id tamen non ita dicitur, vt quædam sit illius species.*

250 *Isto autem vt aĩal fiat non est opus, sed vt factum ꝑmaneat.*

De Tactu.

251 Quemadmodum ab alijs animabus nutritiua, ita & tactus à cæteris sensibus quandoq; disperatur.

252 Quoniam vero ea quæ tactu cognoscimus vno scdm naturam genere non clauduntur.

253 Tactus nisi proportione quadam, non erit vnus.

254 Ipsius autem instrumentum, non est caro (sed potius vt Plotinus ait) neruus est.

255 Quæcunq; vero in aere, aut aqua degunt, hæc sine medio qđ vel aer, vel aqua sit, se se non tangunt.

256 Quorum autem extrema sicca sunt, illa sine medio aere & aqua contanguntur.

De Cōmuni sensu.

257 Cōis q̄dē sensus, neq; singuli sensus, est neq; rursum oīno diuersus, cūctorū.n. iuxta sensuū collectionē, iuxta omniūq; ī vnū impartibile, sublimitatē, velut apex omniū videtur esse.

358 Qua de causa vnusquisq; etiā sensus sese quodāmodo sentire persentit, non qua ratione iam est diuisus, sed qua vni cōmuni sensui coaptatur.

259 Sed enim cōmunis vocatus sensus (vt Theophrasti sententia Priscianus lydus ostendit) is profecto est, quo nos videre sentimus, & quo nos etiam audire iudicamus.

260 Nāq; nō oculo nos videre neq; ēt auditu (vt de somno & vigilia. d. Arist.) nos audire sentimus.

261 Quod si sensu (vt inquit Alex.) nos ipsos sentire p̄cipimus: id quidē nō simpliciter sed quadā accidentis occasione nobis innascitur.

262 Sensus.n. nō actu sed potentia inexistunt nobis.

263 Et icdrco nos eo sentire quo ictum & passionem percipimus recte, vt opinor Themistius iudicauit.

264 *At vero in se conuerti, & sese omnino cognoscere non corporeæ, sed à corporibus distractæ potestatis est munus, de qua dudum sermonem facere properamus.*

De Intellectu.

265 *Intellectum ergo nullum (vt ait Arist.) secundum substanti & per se naturalis consyderat.*

266 *Quapropter vltima intellectus nostri perfectio non etiam physicæ est contemplationis.*

367 *Quamquam vt Auer. dixit, illa naturaliter in nobis fiat.*

268 *Est autem hæc abstractorum & supernorum intellectio, quæ quidem vt Alexander & Mercur. recte dicunt, in nobis non fit, postquam non erat.*

269 *Et hic intellectus quem hominis anima dicunt, imortalis est & sempiternus.*

270 *Quippe quum omnia recipiat, pura & nuda est intellectilium potentia, ita quidem vt præter illa nihil sit actu.*

271 *Omne enim recipiens à recepti natura denudatum est.*

272 *Quapropter per seipsum non est intellectus.*

273 *Neque per seipsum existit actu.*

274 *Cuius causa non est in eo intelligens, & quod intelligitur idem modis omnibus.*

275 *Nisi contingat quod à materia separatas mentes auspicetur, hic enim modis omnibus idem euadit.*

276 *Semper tamen res intellecta fit.*

277 *Quod quum ita sit, ille singularia non intelliget.*

278 *Hic præterea intellectus quum hominem, cæterasque substantias agnoscit, non spetiem aliquam quæ sit accidens, recipit.*

279 *Neque in illo est aliud receptio quam cognitio.*

280 *Quamobrem recte opinatus est Auer. quod in intellectu receptio non est aliqua in eo additio.*

281 *Et ex illo & reipsa intellecta verius vnum quam ex forma & materia conflari.*

282 *Hic etiam intellectus quũ id quod inter hæc materialia percipit aliud ab ipso sit, seipsum per accidens intelligit, cuius contrarium in supernis existit.*

283 *Qm̃ vero sensiles formæ à materia non denudantur semper illas (vt inquit Auer.) Cum materia intelligit.*

284 *Quonrca, qa & superficies nulla sine colore videtur.*

285 *Neq; ét illã sine colore (vt inqt Them.) in corpe intelliget.*

286 *Quãdo vero cõpositũ quippiá intellectus à sensu receperit; illius quiditatẽ ad seipm̃ cõuersus inuestigat & quiditatis quiditatem, donec ad simplicem ipse deuenerit.*

287 *Hæc autem simplex, non est corporis quiditas, sed cuiusq̃ rei differentia vltima.*

288 *Et intellectus iste nõ solũ rõne ab agẽte distinguitur: imo & sicut causatum à causa, & perfectum à perficiente.*

289 *Ex ipso tñ & agente tota rõnalis aĩa vna conficitur.*

290 *Dicitur aũt agens intellectus q̃ potentia res intellectas actui restituat: non autem in phantasia phantasma illuminat, sed in ipso potestatis intellectu.*

291 *Est etiam & hic (vt inquit Arist.) immortalis, & in eo scientia eadem omnino est ipsi rei.*

292 *Nec quandoq̃ intelligit, quandoq; vero non, sicut potestatis intellectui contingit.*

293 *Nõ.n. ipse aliqñ à materia depẽdet, ita quidẽ vt qñq; separabilis sit nondum tñ separatus, imo solum est separatus.*

294 *Nec in aliquo suo opere proprio deficit & interimitur: immo*

295 *solum immortalis est & perpetuus.* ^o

296 *Post tñ mortẽ ipsi non reminiscimur, qm̃ intellectus potestatis in actu factus q speculatiuus intellectus appellatur, corruptibilis est, & sine isto nullus nostrum intelligit.*

297 *Est vero potestatis intellectus facultas quædam in qua res*

^o qui licet humani Intellectus forma sit et perfectio:

oẽs materiæ inexistentes, vnũ ipsum verũ euadere possunt.

298 Hæ.n.quũ nõ sp̃ actu sint atq; ad vnũ actu sp̃ exñs, oĩno referantur, cõsentaneum certe videtur, vt facultas vna & potentia vna illis omnibus cõmunicetur, per quã illud vnum & fieri & accipere possint.

299 Non est igitur alicubi potestatis vocatus intellectus, sui in ꝑ natura nõ ẽ alicubi determinatus, sed vbiq; (vt Alexander de agente intellectu pronunciauit) ita & iste subsistit.

300 Solus autem homo inter mortalia, hac tam præclara sublimiq; facultate vti potuit.

301 Licet enim bruta nõnulla, etiam cõmunia quæpiam percipiãt, vt & Gal. & Auer. scriptum reliquerunt:

302 In his tñ non est intellectus, nõ.n. substantiam & rerũ ipsarũ rationes agnoscunt, Sed imaginatio quędam, quæ inter indiuidua & vniuersalia; media quædam est compræhensio vt Auer. docuit, in illis, inuenitur.

303 Non est autẽ ita hominis forma intellectus, vt homo per ipm̃ inesse constituatur.

304 Non igitur huiusmodi est substantia in indiuiduis numerata.

305 At vero neq; vnus est omnium actu existens, imo & in multis multiplicatus, quapropter vnusquisq; propriam & mentem & animam a deo sortimur.

306 Accidit ãt nobis intelligẽdi difficultas vna qdẽ ꝑte qua intellectus, altera vero, ex rerũ imbecillitate & à bono distantia, Tertia, ex hominum crassa, pinguiq; minerua.

307 Nihil autem intelligitur nisi quantum ipsius actus habet.

308 Est vero intellectui quidem prius notum & magis perspectum quod magis est vniuersale.

309 Id quoq; posterius qdẽ est & (vt ait Auer.) a rebus causatũ.

310 Huius autem verus author & efficiens, intellectus est.

311 *Et quoniam vniuersalia posteriora sunt, & a rebus ipsis prouenientia, ipsorum vniuersalium (vt Auer. inquit) definitiones & scientiæ non constituuntur, sed particularium & indiuiduorum.*

312 *Sciuntur autem particularia, nõ ea parte qua singularia sunt sed qua in eis natura quædam, potentia vniuersalis inuenitur.*

313 *Vniuersale enim aliquid est, animam extra.*

314 *Habet præterea & intellectus noster opus proprium.*

315 *Et si absq; phantasia (vt inquit Arist.) nihil intelligat.*

316 *Tunc vero nobis agens intellectus vnitur, vbi vel omniũ vel plurimorum vel præcipuorum nobis integritas inhærebit & vnio & concordia, ita q nihil in intellectu dissideat, sed vnumquodq; merito sui cognita ratione idipm debita & naturali proportione, vnicuiq; conueniat vnum p fiat.*

317 *Quæ quidem intellectilium, proportio & æterna & incorruptilis est.*

318 *Pauco tamen tempore nobis inest.*

319 *Atq; hæc vnio à materia ipsa distracta est.*

320 *Non enim in sensu eius phantasma reperitur.*

321 *Quãuis & sine phantasmate etiam ipsa non aduenerit.*

322 *Et hæc quidem vnio agens intellectus vnitus est, & vocatus adeptus est intellectus.*

1 QVoniã omnis doctrina, tres in partes in vniuersum dissecatur: quarum vna quidem est, cuius finis opus est ipm, vt medicina. Hæc.n.penitus est operaria.

2 Altera, deinceps quæ solius cognitionis gratia cõstituitur quã speculatiuã scientiã appellamus, & si neq; illud huic oppugnare putem, q omnis virtutis laus (vt recte opinatus est Cicero) in actione consistat.

3 Tertia vero ea est quæ ad has acqrẽdas, quũ inq practicas tũ speculatiuas, modũ & organũ subministrat, & id genus logica quidẽ est, & siqua illi altera proportione rñdens.

4 Atqui logica magis est ars q̃ scientia, & profecto pse quidem ars est, peraccidens autem est scientia.

5 Illiusq; subiectum vniuersum non syllogismus, non argumentatio sed sciendi modus est.

6 Inter speculatiuas ãt Doctrinas, Hæc quidẽ particularis est, quæ non ens ipm, vt ens est, speculatur: sed inquantũ vel in eo natura vel q̃d huiusmodi reperitur. vt naturalis est scientia, vt etiam mathematica.

7 Altera vero vniuersalis est, at hæc ens ipm, inquantũ est ens cõtemplatur, quæ nimirũ tres ẽt in diuersas Theorias (vt inquit Auer.) atq; oẽs vniuersales exñces diuiditur, vna.n. Thopica est disciplina, deinde Sophistica, & tertia Metaphysica.

8 Et si hãc Auer. sñiam nõnulli grauiter admirati, suipsius illũ i hoc oblitũ affirmauerint, nos tñ quẽ in tã arduis & profundis q̃onibus, recte, beneq; licere nouimus, in minimis tã segniter, tã p imprudẽter deficere nõ cõsentimus, quocirca illius i p̃sentia ptes tutati, speculatiuã Thopicã nõ eã intelli-

gimus,quā Arist.in libro de dialectico syllogismo pertractauit, sed scientiā de ente ipso inquantum ens est ex probabilibus & diuulgatis acquisitam.

9 Similiter quoq; sophisticā,nō illam quæ in elenchoꝝ libro describitur, veꝝ de ente cognitionem ex apparentibus minimeq; constantibus habitam.

10 Quapp non iniuria vt arbitror,cū metaphysicā,sophisticam & dialecticā circa idē genus versari,metaphysices quarto proditum fuit.

11 Quā etiā obrem dialectica nec definitoꝝ quorūdam nec generis cuiuspiam vnius est terminati.

12 Et tandē Arist.tū in Thopicis,tū in Elenchis nō de ente inquātū est ens,scientiā docuit,sed organū & modū,quo nūc quidem ex diuulgatis,nunc autē ex apparētibus & minus existentibus acquiri solet de ente scientia.

13 Et sophisticæ quidem organū,ad cautelam & prouidentiā ibi pertransiuit,Thopicæ vero ad gloriam ipsam & victoriā (vt inquit Auer.) acquirendam.

14 Quo igitur ab illis metaphysica differtē hæc,ens ipm inquantū est ens ex necessarijs primis,veris ꝑ pricipijs speculatur.

15 Quāobrem hæc certissima est & dignissima omnium.

16 Quippe subiectum illius primum,deus est & cæteræ à materia distractæ substantiæ.

17 His.n.destructis non tm̄ physica inter scias erit prima.

18 Immo,vt de animalibus primo ab Arist.proditum est, sola esset philosophia.

19 Quū ergo à materia distractæ substantiæ metaphysicā constituant,subiectum illi vniuersum,ens erit inquantum ens hoc est inquantum à materia est absolutum.

20 Qua de re ad metaphysicas quæstiones materiā tāꝗ causam

non referimus, ab hac.n.non est res sed vt fiat, impetrat.

21 *Interdũ autẽ per agentẽ quidem respondemus, non autem ea ratione qua in rebus transmutabilibus cõputatur, huius.n. conditio non est, vt passum tempore antecedat.*

22 *Et quẽadmodũ ad naturales qõnes quæcũq; redduntur causę: in eis vel natura vel naturæ quidpiam apponitur, ita nihil minus, & ad metaphysicas, in eis vel deus vel aliquid diuinitatis apparet.*

23 *Ens vero illud quod metaphysicæ genus cõstituimus, illud est quod in decẽ pñta diuiditur, nõ.n.quod extra, non existit, & quod mente sola reperitur, metaphysicus cõtemplatur.*

24 *Illud quoq; maxime attendendũ est, ꝙ modo nõ ea decẽ pñta, quæ Arist. iuxta cõem (vt aiunt) opinionẽ in suis logicis exarauit, intelligimus, sed decem & prima rex capita, ad quæ omnia quæcunq; sunt, reducuntur.*

25 *Neq; vero tametsi ens inquantum ens metaphysica speculatur cęteras sibi scientias subalternat.*

26 *Quã ꝑ.n.physica vt retro diximus particularis ẽ scĩa, simpliciter tamẽ metaphysicæ nõ supponitur, non.n.est illius species aliqua.*

27 *Omnis enim alteri supposita scientia, illius cui supponitur quędam est species.*

28 *Nam illæ quæ ad cæteras cõparatæ mathematicas, magis physicę vñr, re quidem vera physicæ non sunt.*

29 *Quin & astrologia quæ manifestius inter eas physicam substantiã consyderare videtur, adhuc physicæ scientiæ species non existit, non enim substantiã illam inquantũ motus & quietis principium habet, speculatur.*

30 *His ergo ita sese habentibus particularium rex rationes metaphysicus non contemplabitur.*

31 *Nisi vt vniuersales & vt à materia distractæ sint.*

De Substantia.

32 *Q̄m hæc quidem sensilis, hæc autem intellectilis est substātia, de sensili sermonem habentes, solam hanc eam esse dicimus de qua in pn̄tis Arist. disputauit.*

33 *Et illius generalissimum corpus esse.*

34 *Cui tametsi carere contrario.*

35 *Magis & minus non suscipere proprium sit.*

36 *Illud tamen est maxime & præcipue, contrarioꝝ.s. susceptiuū esse quū vnum & idem numero sit.*

37 *Est vero singularis & indiuidua substantia quā omnes maxime confitemur esse quæ neq; de subiecto aliquo dicitur, neq; in subiecto est aliquo.*

38 *Vniuersalis autem, & secunda in subiecto quidem non est, de subiecto autem dicitur.*

39 *Atq; ista nimirum non est hoc aliquid, sed (vt Tymæus ait) tale quid.*

40 *Est vero substātia primū quidē ens, & ideo cęteris illa prior existit, ratione inq̄ cognitione, tempore & natura.*

41 *Et re quidē vera maxime & certissime substantia est, id quod hoc nomine quod quid est, appellamus.*

42 *Quod si in accidētibus idipm̄ inueniri dicatur, per se quidem & primo non est, quandoquidē sine addito quopiam constare non possint.*

43 *Quod quid est āt quod ipsa est substantia, per se constat, & ab alio non terminatur: licet. n. in materia sit, hæc tamē vt aliás diximus, simpliciter est posterior.*

44 *Cuius cōtrariū accn̄tibus euenit, illud. n. in quo accidētis esse reperitur, substātia est, & hæc illo simpliciter prior est, vn̄ substantiam extra, nequaq̄ definiri potest.*

45 Est p̄terea quod q̄d est ip̄m, idē & vnū ipsi rei, atq; nō oīno.

46 Quoarca non extra, sed in rebus inuenitur.

47 Et partium ratio quæcunq; sunt in eo quod quid est, in rei totius ratione reponitur.

48 Partes enim habet ipsum quod quid est, tametsi vt ad vnum indiuisile terminetur, oportet.

49 Illius āt est cā quia cōpositoꝝ reꝝ & nō simpliciū sit defō.

De Ideis.

50 Dicere vero rerū rōnes nō in rebus, sed extra p̄se consistere, q̄ que nimirū est atq; res ipsas easdem, nō easdem esse probare, & scientiā prorsus proculq; extollunt, sed ita quidem agunt, ac si Thersitis turpitudinē in achillis spetiē reducerent, rē enim vt est, cognoscere oportet & nō altiori q̄ eius natura postulet, ratione speculari.

51 Et porro minus q̄ multum rerū separatæ sp̄es ad statuendam generationem conducunt, vnūquodq;.n. à simili vel modo quopiam ita sese habenti, producitur.

52 Atq; in his quæ ex putredine fiunt, aliq̄d p̄existit agēs in materia cōstitutū sicut semē, q̄d nimirū sup̄iori lumine p̄ditū, & ab illo tāq̄ expergefactum, res ipsas producat & agit.

53 Sed statim inquis, vn̄ agēs hmōi sicut semē in rebus illis cōstituitur? R̄ndetur à ḡnantibus ipsis illud trāsmitti, hæc.n. res ipsas producentia, virtutē illis elargiuntur, qua nihil minus ita quidē ex his tale quidpiā fieri potest, vt non ex alijs.

De Accidente.

54 Accidens est quod in subiecto quidem est, de subiecto autem non prædicatur.

55 In subiecto āt esse dixit Arist. q̄d quū in aliquo sit, nō est sicut pars quædam, & sine eo in quo est, esse est impossibile.

56 Quod si quandoq; de subiecto dici videatur, id planè sc̄d̄m

nomen est,scdm vero rationem minime.

57 *Postulat adhuc accidens omne non in potentia,sed actu subiectum suum existere.*

58 *Qua ratione & adesse & abesse suo subiecto potest,etiã num ꝙ subiectum minime dissoluatur.*

59 *Quod autem accidens omne sit alicui proprium id equidem impræsentia non fatear.*

60 *Minus quoq; & accidens nullum alicui esse proprium.*

61 *Sed intermediã sententiam quodpiam s.accidens alicui proprium esse probauerim.*

62 *Proprium tamen omne,subiecto & reipsa accidens est,quanq̃ vtriusq; ratio diuersa sit.*

De quantitate.

63 *Inter ãt accñtia quãtitas est quæ vt diximus ita materiæ cõsocia est,vt eam nõnulli substantiã quũ antiqui tum iuniores existimauerint,nam sicut substantia ita etiã quantitas magis & minus non suscipit.*

64 *Contrarium igitur neq; vllum habet.*

65 *Sed.n.magnũ & paruũ relatiua sunt,quæ,alioquin si quantitates ponantur,adhuc contraria nõ erunt; secus enim(vt quit Arist.) idem simul contraria recipiet & eadem sibi met contraria esse continget.*

66 *Est vero quantitatis propriũ,vt secundũ eam æqualis vel inæqualis res ipsa dicatur.*

67 *Verũeniuero locus hic plurimã hẽt qõnẽ,dixit.n.Porphyrius propriũ ab accñte differre,ꝙ propriorũ quidẽ æqualis sit participatio,accñtiũ vero,hęc q̃dẽ magis,illa vero minus.*

68 *At Arist.in eo quod est ad aliq̃d pñto,ęquale & inęquale magis & minus recipere affirmauit,ex quo quũ propriũ tum quantitatem magis & minus suscipere contingit.*

69 *Nos vero vtrosq; bene dixere arbitrati, quantitatis proprium non æquale, non inæquale dicimus, sed rem illam quæ hac tota oratione æquale vel inæquale circũscribitur, & hæc magis & minus non recipit: q; si vno nomine hanc eandem dicere possemus, quæstioni locus vtiq; non foret.*

De Relatione.

70 *Quęnã relatiuorũ definitio sit intelligere, id maxime de illorũ cognitione oẽs appetimus, nos vero prius protestari oportet rerum omniũ eiusdem efficaciæ, eiusdemq; modi definitionem inquirere, vanum & absurdum esse.*

71 *Quãquidem nõ oĩa genus, non oĩa differentiam sint sortita.*

72 *Atqui relatiua suis correlatiuis terminantur & definitionem propriam assequuntur.*

73 *Qui.n. fieri aliter potest? Relatiua quorũ esse ad aliud est se habere, vt ꝑ illđ aliud ad quod hñt esse, non dignoscantur?*

74 *At vero medicorũ Arabũ princeps Auicéna relatiuis defõnẽ impartiri negat, argumento q̃ si pater filio, patreq; filius definiatur, idẽ in suiipsius definitionẽ venire cõtinget, cuius contra sermonẽ recte (vt opinor) Tendens Auer. illud quidẽ accidere nequaq̃ consentit, quandoquidẽ & si pater filio, patreq; filius definiatur, eadem tamen in vtrisq; habitudinis ratio non existit.*

75 *Sed.n. altera est patris ad filiũ, & altera filij ad patrẽ hĩtudo; & id quidẽ rõne, re tñ & subiecto eadem est omnino.*

76 *Illud præterea nosse decet, animã extra, relationes omnes reperiri dissentaneum & incongruum esse.*

77 *Nõnullas tñ (vt de gñibus entis libro primo Plotinus asseuerat) extra animã esse, istud equidem non inficiar.*

78 *Tãetsi neq; illa Cõmẽtatoris sñia rõnis est expers, qppe quæ, metaphysico epith. relationes, aĩs fabra & opa rẽ iudicat.*

79 Qualitas insup est vis quædam post essentię rationē essentijs addita, per quā deinde quales cognominamur.

80 Differentiæ vero per quas inter se inuicē essentiæ discrepant, qualitates, æquiuoce nuncupantur.

81 Proprias autem passiones omnes easdem reipsa cū subiectis esse, curiosa mirum in modum est opinio.

82 Nōnullas tamen vt in materia distractis easdem esse, solaq; ratione diuersas, cōsentaneū maxime videtur.

83 Cęteras vero vt in homine, leone & huiusmodi reptas, substantiæ additas esse, & nō sola ratione distinctas substinere.

84 Nempe illud neq; est silentio transeundū, qualitatē non vnum esse genus cui suas præter species aliquid in rebus rñdeat, sed omnem eius vnitatem analogia constare.

De Genere & specie.

85 Genus vt animal & huiusmodi vniuocum, vnūquodq; naturā vnam suas præter species extra animam obtinet.

86 Hanc vero interdum vnica saluari spetie, q̄q̄ apud naturam vsuuenire nō soleat, inconueniens tamen est nullum.

87 Quin & vnico indiuiduo tum spēs tū genus reseruari pōt.

88 Illorūq; naturæ cōmunio nihil minus adhuc remaneret, quandoquidē vniuersalia, non actu sed potentia definiamus.

89 Quod autē Arist. d. in vno genus p̄ntō & ī altero illius spēs locari (vt Auer. Thop. quarto declarauit) re uera fieri nō potest, sed sola nominū appellatione idipm̄ vsuuenit.

90 Sed cōtra, nō iniuria illud veꝝ esse censuit subalternoꝝ videlicet geneꝝ easdē diuisiuas eē differētias nihil prohibere.

91 Quocirca non falso Porphyrium in eius prædicabilibus redarguit, qui differentiam esse, qua species abundat à genere definiuit.

92 *Atqui animal quod in homine reperitur illi quod in cæteris ẽ spẽbus, actu quidẽ non est idem, potentia vero, idem.*

93 *Itaq; si de homine quando dicatur vt potentiia consyderetur, tunc genus ipsum simpliciter intelligitur.*

94 *Si vero vt actu, nõ tunc simpliciter, sed iam inclinãs, & ad huius spetiei naturã respitiens genus accipere oportet.*

95 *Sed inquies quomodo vt simpliciter genus prædicatur? puto equidem sc̃dm actum, non adhuc exclusa potentia, secus.n. genus non foret.*

96 *Post hęc spẽs sc̃dm sensum genere notior est, secundũ autem intellectus nostri naturam, ignotior.*

De Actu & potentia.

97 *Actus & potentia sunt in genere omni, quodcunq; rem aliquam prædicat.*

98 *Et in quocunq; posita genere semper actus, cognitione natura tempore q̃ potentia, prior existit.*

99 *Quoniam vero potentia hæc quidem passiua, illa autem actiua, passiua inq; à minimo secundũ positionem & non sc̃dm negationem appellari debet.*

100 *Pariter autem actiua à maximo quod potest & nõ à minimo quod nõ potest: quis enim mentis compos potentiam, eo ꝙ non possit, audet nominare?*

101 *Ad hęc actiua nihil minus potentia, quę quidem irrationalis nuncupatur, vnius tm̃ contrarij est operatiua.*

102 *Quæ vero rationalis cognoscensq; dicitur, hęc vtrũq; interea contrariũ efficit, modo inq; vnum modo autem alterum.*

103 *Et in est hęc illi natura, duoꝝ.s. contrarioꝝ, vt actiua sit, qm̃ ipsa quodãmodo passiua est.*

104 *Quæ enim vtrunq; in contrarium seipsam effundit, passiua prius est q̃ actiua potentia.*

105 Quāq; verò potentia ad actum referatur, vt tamē ad actum veniat omnem non est necesse.

106 Est etenim possibile non necessarium, quo deinceps in esse posito nullum sequitur impossibile.

107 Quin & quodpiam, esse possibile, qđ nunq; fuit, & qđ potest etiam esse nunq;, vt generabile quoddam.

108 Itaq; in his quæ possibilia sunt & futura quū esse tum nō eē, neq; affirmatio neq; negatio terminatā enūciat veritatē.

De vno & multo.

109 Vnum & ens conuertuntur, idemq; prædicant.

110 Non.n. quippiam (vt opinatus est Auicēna) substantiæ additū referunt, sed sola inuicem ratione distinguuntur.

111 Et quēadmodū ens nec vniuocum est nec æquiuocum.

112 Ita & neq; vnū, sed horū vtrūq; eandem proportione omnibus quæcūq; accusant, rationem ostendunt.

113 Amplius vni multitudo opponitur, secdm eam quæ in priuatione est oppositio.

114 Vnum vero non est priuatio sed habitus.

115 Itaq; illo non est multitudo notior, sed ignotior quidem & natura posterior.

116 Quāq; neq; Arist. metaphysices decimo delyrasse arbitror, qui multitudinē vno ipso notiorē esse scriptum reliquit.

117 Et non multitudinē sed vnum ipm priuationem existere.

118 Atq; in hanc fortasse Aristotelis sententiā profectus Auer. priuationes nonnullas habitibus notiores & perfectiores esse pronunciauit.

119 Interdum autem habitus, priuationis conceptu, & vicissim priuatio, habitus conceptu (vt idem Posteri. primo memoriæ prodidit) intelligitur.

120 Vni præterea non multitudo sed vnum contrariatur.

121 *Vnum in q̃ non omne sed quod eodem in genere ab vno altero maxime distat.*

122 *Maximam vero distantiam loci genus complectitur, maxima igitur in loco est contrarietas.*

123 *Hæc enim contrarietatum causa est omnium.*

De Causis.

124 *Quod causa prior sit tempore q̃ causatum, hoc quidem per accidens est, si enim id per se foret, nulla esset penitus eterna causa.*

125 *At enimuero materia in vno & indiuiduo q̃ causatum & q̃ forma tempore prior existit.*

126 *Hęc autem vna cũ contrarietate, illius est causa multitudinis, quæ scd̃m formam inuenitur.*

127 *Cum quantitate autem, eius quæ in eadem spetie gignitur.*

128 *At vero ꝙ sit indiuiduum & existat actu non a materia sed à forma est.*

129 *Et per se ipsam non intelligitur materia, & si qua illius est intellectio æque nimirũ est atq; tenebrarũ visio, cui Plato assipulatus adulterina materiã pcipi ratione scriptũ reliquit.*

130 *Et re vera modis duobus materia sciri potest, vna nequaq̃ ad formam sed ad materiã alteram sensu comprehensam analogia (sicut inquit Arist.) illi correspondentem.*

131 *Altero autem formæ negatione, vt tenebrę lucis carentia.*

132 *Est & in seipsa vna quidem numero, non.n. est penitus nihil.*

133 *Est & præterea communis pluribus.*

134 *A, genere autem differt, q; hoc, vno quidem actu vt animal sensu ipso pluribus est commune, hæc autem potentia & promptitudine sola.*

135 *Ad hæc quoniã Them. inquit, materia non essentiat, non erit igitur definitionis pars, materia.*

136 *Amplius quoniam causæ nonnullæ adinuicem causæ sunt, agentem causam materia non habebit.*

137 *Tantoq; magis neq; illius causa, forma erit, tunc enim (vt inqt Auer.) formam quãpiam & propriam assequeretur.*

138 *Reliquũ est igitur, vt finem habeat, quę sit illius causa, secus.n. quod inueniri natũ non est, inueniretur.*

139 *Quid igitur finis hic materiæ? forma inq̃ ipsa, & hoc pacto hæc materiæ causa vult appellari.*

140 *Est & hæc magis ens & pfectior, tũ materia tum cõposito.*

141 *Propter quod enim vnumquodq;, & illud magis.*

142 *Efficiens autem & finis & forma sibi inuicem non in natura, sed sola ratione causæ fiunt. ad vnũ enim impartibile & sempiternum reducuntur.*

De Deo.

143 *Hic vero Deus est pater omnium, hic ergo efficiens & forma & finis omnium.*

144 *Hic ergo in se & à se solus.*

145 *Et vnus & omnia, nedum tria.*

146 *Hic ergo circũ se totus est pelnus, isq; sua firma stabilitas est, nec alicuius impulsu nec loco moueri potest.*

147 *Quũ in eo sint omnia, & in omnibus ipse sit solus.*

148 *Nisi aliquis audeat sui cõmotionẽ esse in intellectione dicere, sed magis ẽt ipsa imobilis est intellectio, in quã rerũ omniũ actus remeat, & ex qua rerũ omniũ actus capit exordiũ.*

149 *Hic ergo sui participatione iuxta potentiarũ (vt inqt Auer.) dignitatem complures in cœlo produxit intellectus.*

150 *Non ita tamen q̃ in illis prouentus sit quidã, vel consecutio.*

151 *Quapropter ipsi non genere non spetie non indiuiduo differunt, sed sola prioris & posterioris inuenta in illis ratione.*

152 *In quibus est omnibus modis idem intelligens, & quod intelligitur.*

153 *Quãq̃ autem Posteriores intellectus seipsos agnoscũt, aliud tamen etiam, longeq; dignius contemplantur.*

154 *Hic vero Deus est ipse, qui suo arbitrio & voluntate, cuncta produxit.*

155 *Qui seipsum solum intelligit, seq; ipsum solum speculatur & aspicit.*

156 *Non vniuersali nõ particulari quicq̃ notione cognoscens.*

157 *Qui quum imperator sit optimus, etiam nostri & cæterorũ habet rationem.*

158 *Qui ex nihilo mundũ ab æterno progenuit.*

159 *Opus enim dei mundus est, factus quidem non aliquando, factus autem semper ab æuo, quum vero nunq̃ cesset æuum nunq̃ cessabit & mundus.*

160 *Cumq; sit mũdus æuo cõpræhensus, nulla mũdi pars interit.*

161 *Deus igitur primus parens, solusq; bonus, neq; enim cuiusq̃ indigus est, vt adeptionem illius appetendo malus fiat, neq; iactura cuiusq̃ in eum vnq̃, vt post damnum dolore afficiatur, nec est illo validius aliud, à quo dum expugnetur, iá victus, deinde inuidia prematur: in hunc iniuria incidere nulla põt, qua irritatus, repẽte excãdescat, nihil eius iugum subterfugit, quo indignetur contemptus, nec est sapientius eo quicquã quod illi æmulationem incutiat.*

162 *Deus ergo infiniti roboris infiniteq; virtutis in seipso cõsistit.*

163 *A, quo nihil malum, nihilq; turpe, siquidem passiones omnes sunt genita insequentes corpora, quemadmodum æs rubigo, animata corpora limus, at neq; faber ferrarius induxit rubiginem, neq; animati corporis genitor cœnum ac sordes: eodem ꝑ modo nec deus etiam malum.*

164 Hic ergo Pater omniũ, intellectus, vita, & fulgor, hominẽ sibi similem ab æterno, ex nihilo procreauit.

165 Re'q; vera deus propria forma nimirũ delectatus opera eius omnia, vsui concessit humano.

166 Solus autem homo ex vniuersis terrenis animantibus duplici constat substantia, mortali quidem propter corpus, imortali vero propter hominem ipsum substantialem qui vere humanus est intellectus.

167 At profecto homines singuli intellectum (vt inquit Auer.) nõ possident.

168 Intellectum in q̃ nõ solũ agentẽ sed illum & qui potestatis.

169 Sermonem enim singulis quidem deus impartiuit, intellectum vero nequaq̃, non autem q̃ inuiderit, liuor quippe ab eo non prouenit, sed quoniã eum in medio & in omni tanq̃ certamen, præmiũq; animarum proponere voluit.

170 Hic ergo non est ex materia, hic inq̃ potestatis intellectus, neq; ille semen patris, vt cæteræ in nobis animæ, subit, sed hic solus extrinsecus aduenit, & hic solus diuinus est.

171 Nihil enim cũ eius actione corporalis actio cõmunicat.

172 Hoc autẽ duce, homo in dei naturã euadere potuit, quasi quidem vt ipse sit in terris deus.

173 Quonã igitur id pacto fiet? si deum inq̃ cognouerit.

174 Quo autem idipm̃ assequetur? si seipm̃ omni ex parte perspexerit, ipse enim scd̃m intellectum ex deo est.

175 Si ergo seipsum homo cognouerit, recte dixit Auer. creatorẽ suum ille cognoscet: hunc aũt assecutus omnia nouit homo, atq; hæc vnica salus homini est, & hæc (vt inquit Mercurius) ad cœlum est ascensio.

176 Maxime igitur omniũ quæ in hoc mundo, ĩmortalis est homo,

qui Deum capit, qui diuinæ conformatur essentiæ, huic enim soli ex omni viuentium genere Deus ipse cõgreditur: nocte quidem per somnia.

177 *Die crebrius per portenta.*

178 *Per spiritum.*

179 *Per Prophetas: propter quæ vere dicitur homo, præterita, præsentia & futura cognoscere.*

180 *Vos igitur quibus mentis portio concessa est, genus recognoscite vestrum, vestramq; naturam immortalem consyderate, amorem corporis, mortis causam esse scite: non enim omnes vt retrodiximus intelligentiam veram adepti sunt, sed imagine temerario impetu, nulla vera ratione inspecta, sequentes decipiuntur, quæ in mentibus malitiam parit, & transformat optimum animal, in naturam quasi, mores p̃ belluarum,*

181 *Sic enim Timæus (vt equidem arbitror) virum prauũ cogi ortu secundo, & mutato sexu, mulierem fieri recensebat, & qui ne tum quidẽ finem peccandi faceret, quatenus deprauatur, eatenus in brutorum naturam suis moribus similem pmutari, nec prius à mutatiõibus, laboribusq; cessare, q̃ illam sibi insitã eiusdem ipsius, similisq; naturæ conuersionẽ cõsecutus, eiq; seipm subijciens, turbulentos multiplicesq; affectus, ex igni, aqua, aere & terra contractos, rõne sedauerit, & ad primũ optimũq; sui habitũ iam redierit.*

182 *Id vero nihil fermè aliud est q̃ sensu despecto, ad immortalem intellectus substantiam cõuerti, quẽadmodum autem eruditus medicus, ægrotantis corpus doloribus afficit, vrẽdo illud, atq; secando, eodem modo intellectus mortalem sensum voluptuosamq; affligit substantiam, vt radices voluptatis euellat.*

183 Intellectu enim vnius eiusdemque naturæ, semper vnus idéq; homo, persistit: Sensu, vero, & mortali voluptuosaque substantia, in variam ille multiforméq; naturam, suis moribus, non sua inq; essentia, continue transmutatur: ita vt generibus omnibus, omnium generum commixtæ species, in humana vna spectentur natura.

184 Qua de causa magnum profecto exemplum, magnumque miraculum est homo, animal quippe adorandum & honorandum, qui quanto fęlicior ac dijs cognata diuinitate coniunctior, partem sui qua terrenus est, intra se despicit, cætera omnia, quæcunq; sibi necessaria esse, cœlesti dispositione cognoscit, nexu ad sese charitatis astringit, sicque suspicit cœlū, diuina opera contemplatur, Deumq; superno lumine iam illustratus ad sese conuertit, & reliqua deinceps manifeste dignoscit.

185 Sic ergo fęliciore loco in terrenorum & supernorum medio positus est, vt quæ infra se sunt diligat, ipse à superioribus diligatur, colit terrā, elementis animi velocitate miscetur, acumine mentis in Maris profunda descendit, omnia illi lucent, non cœlum videtur altissimū, quasi enim e proximo, animi sagacitate illud intuetur, atq; intentionē animi eius nulla aeris caligo confundit.

186 Sic igitur etiam homo idem est omnia, & vbiq; idem.

1 Qum igitur hominem duplici cõstare substantia sit à nobis in antedictis determinatum, mortali .s. & imortali hãc planè metaphysicus per se, cæteri autem per accidens contemplantur.

2 Alteram vero quum naturalis tum medicus inspicit, at ille in quantum motus & quietis ea est principium, hic autẽ particularius & pressius, inquantum inq; sanitatis & ægritudinis.

3 At porrò naturalis quoq;, hoc eodem pacto illam spectatur, differunt ergo, q hic vt scdm naturam, alter autem vt arte media sanitatis atq; ægritudinis est illa principiũ, disputat.

4 Hæc igitur constituendæ medicinæ ratio est.

5 Hæc ergo ostensionum omniũ in medicina est principium.

6 Hac enim virtute destructa, ars omnis medica succumbit.

7 Et quemadmodum eius ratio ostensionum omnium est principium, ita & ipsamet virtus actionum omnium domina est & perfectrix.

8 Vtrum ergo vel homo, vel humanũ corpus, vel curabile, vel sanabile, medicinæ subiectum sit, nihil differt: tantum enim cuiuis horum apponere oportet, inquantum .s. sanitatis & ægritudinis arte intermedia principium habet.

9 Est vero sanitas partium corporis omniũ ad munia vitæ necessaria sensum iuxta nostrum illęsa manifeste potestas.

10 Aegritudo autem contrario sese habet modo, est etenim impotentia & sensum iuxta nostrum manifeste vitiatus affectus.

11 Atq; hac in vtrisq; ratione seruata, mediũ inter eas quæ neutra illarum est dispositio, recte à Galeno constituitur.

12 Quoniam vero sanitas primum in ipsa est temperatura, Galenum & Auicennā secutus, octo & non quatuor inæquales temperaturas esse, ante omnia dixerim.

13 Est autem accidens, temperatura, & non substantia.

14 Omniū vero ad vitæ longitudinē promptior, temperies ea est quæ calida & humida.

15 Quāq; & corpora sic disposita maxime sint putridis obnoxia febribus.

16 Omnium tamen perfectissima ea est quæ in adulescentia reperitur.

17 Quum enim adulescētes pueris sint calidiores, obtundentem humiditatem sicut pueri non patiuntur.

De Humoribus.

18 Pleraq; animantium & brutorum & rationalium membra, differentibus à sanguine humoribus (vt etiam Auer. veritate coactus, attestatur) nutriuntur.

19 Hi vero sanguine referta nutrientes corpora, nunquā omnino sunt sanguinis expertes.

20 Sunt etiam non vnius in substantia speciei sed diuersę.

21 Amplius humores omnes præter phlegma, simul vt plurimū generantur.

22 Phlegma autem nunc illorum post generationem.

23 Nunc vero prius.

24 Et hoc non solus sanguis potentia est sed etiam cholera & melancholia.

De Sanguine.

25 Quoniā nostri corporis inter mēbra omnia cor ipm princeps existit, & cætera illi deinde inseruiunt.

26 Sanguinis author, primaq; causa Cor & non epar erit.

27 *Hic autem non est moles illa sanguinea sed quartus vnus humor à cæteris natura distinctus.*

28 *Putrescit etiam, perraro tamen.*

29 *Putridamq; sanguineam febrem producat.*

30 *Exacerbationes interdum (vt inquit Gal.) assortita his quæ febri ex cholera contingunt, proportione respondentes.*

31 *Putrescit præterea quum intra tum extra venas.*

32 *Et calidissimum est quod in natura nostra reperitur.*

De Cholera, Phlegmate & melancholia.

33 *Cholera vero non quod in nostra sed quod in humorum natura, est calidissimum.*

34 *Fit autem hæc (vt Gal. ait) ab intemperato calore.*

35 *Sicut etiam phlegma & melancholia.*

36 *Nihilo tamen secius Auicennā oberrasse non crediderim, qui melancholiam à temperato calore gigni scriptū reliquit.*

37 *Cui & cholerā adde, ꝙ inq̄ (vt ille quoq; dicit) similiter fiat.*

De Spermate.

38 *Sperma ex omni corporis parte deriuatur, non vero statim sed vicissim.*

39 *Id autem in testiculatis animantibus perfectionem sine testibus non assequitur.*

40 *Hos. n. ex necessitate, nedū melioris gratia, natura fabricauit.*

41 *Ad hæc sperma & à masculo, & à fœmina ad generationem proficiscitur.*

42 *Et ex vtriusq; spermatis mixtura gn̄onis principium actiuum vnum (vt inquit Yp.) conflatur.*

43 *Estq; totum hoc vnum generati quum efficiēs tū etiā (vt Gal. ait) materia.*

44 *Quum enim duplici constet natura spiritu inq̄ & cor-*

pulentia, vno quidem agit, & altero patitur.

45 Ex corpulentia igitur corporis ſolidæ partes cõſtituuntur.

46 Et anima primum nutritiua reſultat.

47 Hac deinceps nutriente, ex menſtruo ſanguine molles carneæq; partes exoriuntur.

48 Et ſenſitiua ſuccedit anima, priori nequaq̃ corrupta.

49 Id autem non prætercam q̃ ſanguis ille (vt Yp. inquit) tum flauæ tum atræ bili commixtus eſt.

50 Demum vero nobilius atq; perfectius diſpoſita materia, generationis finis vltimus vtpote cogitatiuum emergit.

51 Rurſum ſperma re uera non habet animam ſed ſicut dolabram arte præditam, ita & ſemen anima nuncupamus, horum enim id quidem animæ, alterum autem artis eſt inſtrumentum.

De Spiritu.

52 Spiritus quoq; per ſe quidem & certe animatus, non eſt animatus alioquin dictus, quoniam primum (vt Gal. inquit) eſt animæ inſtrumentum.

53 Similiter ét nutritur quidẽ ſed velut ignis non vt animãtia.

54 Nutritur autem interdum attracto aere, non quidẽ ſimplici ſed naturali ad ipſum ſubſtantia reſpondente.

55 Permanet etiam non idẽ in materia vnuſq; numero ſed ſemp̃ fiens & fluens quaſi fluuius.

16 Quẽadmodũ & ignis, atq; propter velocitatem id in vtriſq; latet.

De Spiratione.

17 Iſpiratio & expiratio naturalis eſt motus.

58 Velocius tamen aut tardius & altius aut preſſius ſpirare voluntati noſtræ ſubmittitur.

59 Licet id etiã interdũ vt in ſuſpirijs, naturaliter accidat.

60 Fit præterea inspiratio tum ad calidi (vt Gal. ait) alimentũ.

61 Tum ad refrigerationem.

62 Nisi enim in animantibus calidum refrigeraretur, copiosius factum exiccari & interim contingeret.

63 Nihil quidem minus quàm quum maior ignis minorem absumit & interficiat.

64 Id enim non contrarietatis, sed vt Auer. asserit, similitudinis gratia contingit.

De sano & ægro corpore.

65 Sanum quia non vna dicitur ratione, simpliciter voco sanum quod rerum iuxta naturam, absolute vel minus paulo sanum existit.

66 Huiusmodi vero penè nullum nisi obiter inuenitur, id autem solum quicũquè contemplabantur omnia ferè ægra faciebãt, & medicinam constituentes in sempiternæ passionis dogma concidebant.

67 Nunc autem perpetuã illam passionem ponere cauentes, sanũ id esse dicimus, quod in præsenti sanũ est, quod inquã iudice sensu, sanum appellamus.

68 Est vero id quod cõsuetas & humano generi necessarias operationes exequi potest.

69 Similiter quoq; simpliciter ægrum quod malam in rerum natura temperiem sortitur.

70 Huiusmodi vero ferè omnia sunt corpora, & hæc quoq; nũc minime sunt ægra.

71 Nunc enim id ægrum esse dicimus non quod in sola rerum natura, sed quod in humani generis dispositione iam deficit, quod inquã humano generi solitas actiones nequaquã exercere potens est.

72 Nunc igitur ægrum, nunc haud quaquã erit sanum.

73 *Neq; etiam simpliciter erit ægrum.*

74 *Hoc.n.naturali præditum est affectu, illud autē innaturali.*

75 *Si quod igitur à sui ortus initio vel ectica vel tabe affectū ēē contingat, nunc quidē sanum vtiq; non erit.*

76 *Rursus nunc sanum simpliciter ægrum esse accidit.*

77 *Simpliciter aūt esse sanum, non ea rōne qua nunc sanū dicitur.*

78 *Similiter quoq; & nūc ægrū, simpliciter accidit esse ægrum, non autem ea ratione qua nunc ægrū, & qua ægrum simpliciter definiri solet.*

De Neutro corpore.

79 *Neutrum primo corpus id quidem simpliciter est quod medium exquisite in natura est tum optime tum pessime sani.*

80 *Nunc vero quod in præsenti est ita dispositum.*

81 *Secundo autem neutrum est simpliciter, quod simpliciter sanitatis, simpliciterq; ægritudinis simul est particeps.*

82 *Nunc vero quod in præsenti est ita dispositum.*

83 *Vltimo autem neutrum est simpliciter, quod in natura sic est, vt interdum quidem simpliciter ægrum, interdū vero simpliciter sanum existat.*

84 *Nunc autem, id quod modico in tempore simul ita dispositū videtur.*

85 *Vnicuiq; igitur simpliciter neutri, nunc quoq; neutrum esse accidit.*

86 *Sed non contra, seruata s. vtriusq; (quā posuimus) ratione.*

De Febre.

87 *Quoniam autem multa naturam præter, humanum corpus passim molestant, quæ nihilominus arte medica facile dissoluuntur, vt vomitus.*

88 *Tussis.*

89 *Subuersio, febris, horū enim nullum est sc̄d̄m naturam de fe-*

bre impræsentia dicamus, hæc igitur in sui natura, primo quidem calor est, secundo autem siccitas.

90 *At illius calor reipsa & subiecto non differt ab eo qui naturalis appellatur, differt autem sensu ratione & usu.*

91 *Nãq; idem sępenumero calor huic quidem naturalis est, huic autem externus.*

92 *Quod vero febris quæpiã incipiẽdo fiat, nihil probibet: tnãq; & ectica interdum incipiendo contingit.*

93 *Febris autem primum, princepsq; subiectum, cor est.*

94 *Id enim nisi prius (vt Gal. inquit) excalfactum sit homo febrire non dicitur.*

95 *Ita ꝙ si ab epate totum ferè per corpus, illęso corde calor externus operationes aliquanto perturbans expandatur, febris adhuc esse non est putandum.*

96 *Quippe quum febris humanæ vitæ contraria sit dispositio, nisi vitæ principium (quod & Medici & Philosophi Cor ipsum appellitant) afficiatur, in humano corpore nõ febris, sed adulterinus hoc nomine quicunꝗ sit, affectus erit.*

De Febris consistentia.

97 *In febris autem consistentia, coctio finem assequitur.*

98 *Eaq; propter eo temporis vehementissima sunt accidẽtia.*

99 *In putridę vero salubrisq; consistentia, innatus calor, longe ꝙ morbus est validior.*

100 *At quia materiæ communicans vnumquodꝗ, semper agendo repatitur, debilior est insitus calor in cõsistentia ꝙ in morbi principio & augmento.*

101 *In hoc enim tumultu & obluctatione, quum morbus tum innatus calor, mutuo minuuntur & atterunur.*

De Febrium cura & concoctione.

102 *Plurimis instrumẽtis, duobus vero præcipuis febres curantur*

coctione videlicet & euacuatione, coctione quidem iāiam putrescentes humores ad benignum alterando.

103 Vel si quidem ad illud inepti sint, ad euacuationē dispoēndo: Id autem fit humores ipsos æquando, non simpliciter sed ita vt ad expulsionem faciles reddantur.

140 Non enim simpliciter & absolute dixerim, subtiles & tenues humores, vt coctio fiat, crassitudini restituas.

105 Interdū enim biliosus humor solis apertis vijs fluidisq; redditis expurgatur.

106 Sed subtilem, imbibitumq;, crassum facere oportet: tantum vero, vt ad expulsionem aptus fiat, Hæc autem est illius concoctio.

107 Illud vero, silentio nō ꝑtranseam, naturaliter cōcocta omnia (vt inquit Arist.) crassiora esse.

108 Et etiam (quod minus videtur) calidiora.

De Phlebotomia.

109 Euacuatione deinceps curamus, Phlebotomia. s. & purgatorio pharmaco, in putrida igitur omni venā secare nequaq̄ probarē: neq; enim erasistratū quē Gal. τὸν αἱμοφόβον idest sanguitrepidum appellat, in putrida nulla venam secare præcipientem, laudauerim, sed inter hæc mediā sustinere sententiam.

110 Quando autem pariter pharmaco, aut venæ sectione materiam eandē liceat euacuare, venæ sectio magis est eligenda.

111 Præterq̄ in prægnante, in hac enim operatio rationi non cōuenit, & præsertim vbi fœtus est maior.

112 Si vero tum venæ sectione tū purgatorio pharmaco opus sit; venæ sectio (vt Yp. inquit) præmittenda est.

113 Atqui ad animæ vsq; deliquium, venam secare omni quidē ex parte fugiendum est. quāꝑ enim illud fit à plurimis

ratione comprobatum, Perarduum tamen atq; omnino periculosum existit, eousq; in opere tam exquisite tamq; diligenter accedere: non enim ideas stabilesq; formas, sed singularia, semperq; propter materiam fluentia corpora procuramus.

114 Similiter quoq; medicus in pleuritidis principio, quantum ad morbum attinet, ab eodem latere dissecta copiosius vena, materia dum fluit, egritudinem statim absolueret.

115 Sed quoniam multa & penè infinita, præterea accidunt, quorum plerunq; maiorem habere rationem q̃ morbi ipsius oportet: Securius igitur atq; vtilius est humano generi non ab eodem sed à contrario latere venam in principio secare.

116 Hic enim quicunq; contingit error vel iterum resecando venam vel conuenienti deinde dato pharmaco remouetur.

117 Illic autem quoniã instabilis, fluensq; singularis natura ritè nequaq̃ cognoscitur, & accidentia sæpenumero magis q̃ morbũ vereri oportet, vel statim vna cum sanguine animam profluere vsuenit plena inq̃ facta dissectione, debili autem & diminuta, tanta prouocatæ materiæ copia concrescit, vt ocyus q̃ succurrere possis, anima suffocetur.

118 Omnes enim homines nõ vna & eadem præditi sumus natura, neq; vni soli semperq; modo simili sese habenti medemur, sed varia interminataq; corpora nobis indies offeruntur, quorũ naturas rectè perspicere (vt Gal. inquit) planè difficile est.

119 Et etiam ĩ his omnibus (practica enim & opera sunt) vsum, ægrotiq; opinionem plurifacere, q̃ rationem oportet.

De Vocatis minoratiuis.

120 Quocũq; natura mouere pertentat, eo cõferẽtia per loca du

cere conuenit.

121 Quũ vero hæc perseuerare potis est, cocta omnia esse decet.

122 Mouere etenim illa dum cruda sunt, est naturam à proposito tollere & affligere, imbecillamq; reddere.

123 Et profecto neq; in principio isthęc mouere conducit.

124 Nisi cõtingat ea id genus esse quę ad locum de loco violente & furibunde moueantur.

125 Hæc enim non amplius coqui expectare oportet, sed in principio, vt diximus euacuare, ne suis interim furijs peritura, in membrum quodpiam abscedãt, quod deinde illorũ tumultu repente succumbat.

126 Cætera vero quibus natura coquendo superesse creditur, nõ in principio.

127 Non in augmento.

128 Non in statu purgare.

129 Sed in declinatione vbi vel natura non mouerit vel non cõplete motum peregerit.

130 Si autem inchoantibus morbis naturam sponte sua nihil aggredi, nihil tentare, sed ipsam morbo grauem, stupidam, & penè perditam perspiciamus, vnde coctionem expectanti, præuenire mortẽ, maxime sit verẽdum: hic nequaq̃ est morandum, sed statim ad euacuationem festinandum, aut venã secando, aut purgando: hic igitur arte opus est, cui siq̃d mouere videbitur, in principio illud moueat.

131 Vel semicocta.

132 Vel incocta apparente materia.

133 Et purgatorio pharmaco vbi conuenit, vtendum, quod tantũ euacuet, quantũ exoneratæ naturæ supra reliquũ, victoriam facile præstet, vt reubarbaro, agarico, aloe.

134 Sed enim aloe corpus intra per se sanguinem non educit.

135 Immo, & intus, & in cute illum constringit.

De Febrientium & sanorum victu.

136 Ignorata ægritudine minus est malum (vt inquit Yp.) attenuare quam addere.

137 Illud vero scire opportunum, quod in tenui victu peccant ægrotantes, quod enim adamussim et exquisita ratione, summaque diligentia fieri oportet, circa illud sæpenumero errare contingit.

138 Hanc igitur ob rem in eo magis lęduntur.

139 Non ergo quia tenui vtantur victu, sed quoniã eos illum difficile atque incaute obseruantes error accipit.

140 Quidni victus qui plenus est, habita proportione, semper est peior.

141 Aestate vero quoniam virtus plurimum soluitur, plus alimẽti secundum qualitatem & perfectionem quam hyeme offerendum.

142 Contra, Hyeme quoniam virtus plurimum resoluit, plus alimenti secundum quantitatem & congeriem quam æstate subministrare oportet.

143 Prætereanon prandium, non cœna vberior; sed vbi naturaliter affecti magis appetimus: tunc enim magis est comedendum.

144 Quoniam vero accidit, ob vigiliam & exercitium vt vesperi, magis, mane autem propter somnum & quietem vt minus appetamus, iccirco cœna sæpenumero vberior quam prandium esse nobis conducit: horum vero neutrum ob singularis naturæ fluxum & instabilitatem, alicui nostrum, à medico præfiniri conuenit.

145 Amplius bibẽdum est, vbi valde sitimus, præcauendũ est aũt, ne aliás valde sitiamus.

146 Delectatio est subita sensus ad sui naturam reductio.

147 Contra vero, dolor est sensus ad sui contrariũ velox mutatio.

148 Atq; iccirco re quidem vera, illius per se primaq; causa alteratio est.

149 Qui vero nunc quidem alterationem, nunc autem continui solutionem: in causam affert ille mediusfidius, vt opinor, nequaq; errauit, est etenim medicus, & hic vt nos Galenus tã frequenti lectione cõmonuit, iudice sensu semp vtitur.

Hæc igitur hactenus, tu vero interim spes & prẹsidium meũ Paule cœsie Cardinalis integerrime bene vale & salue.

Impressa Venetijs per Magistrum Bernardinum Venetum de Vitalibus
Anno Dñi. M.D.XXXV.
Die tertia Augusti.